



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INSTITV=||TIONVM IVRIS CA-||NONICI LIBRI|| QVATVOR.||

Cucchi, Marco Antonio

Coloniae, 1564

VD16 ZV 4150

De Conuersione coniugatorum. xij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62908)

198 INSTIT. IVR. CANO.
De Conuersione coniugatorum.

Tit. XII.

ET si religionis causa semper & ubique præcipua sit, non tamen sic ei fauent iura Pontificia, vt matrimonia legitimè contracta altero coniugum inuito hac causa dirimi concedant, neque enim vult Deus tale lucrum cum tali dispendio compensare. Quare, si coniugum alter sine alterius consensu religionem fuerit ingressus, poterit ab altero ad thori consortium retrahi. nec tamen matrimonio alterius morte, soluto ad monasterium redire compellatur, quamuis in cœlibatu eum posthac vivere oporteat.^a Sed & si vir consensu per metum vel dolum ab vxore extorto religioni se deuouisset, vxori petenti esset nihilominus restituendus.^b si tamen carnis copula inter coniuges nondum intercesserit, quâuis præsentibus verbis matrimonium esset contractum, poterit coniugum alter etiam altero inuito ad monasterium transire: & alter in seculo remanēs etiam alteris nuptijs operam dare, si continentiam monitus non seruarit, cum nondum vna caro effecti essent.^c

^a c. quidā
intrauit.

^b c. accedēs
ubi Ab.

^c c. ii.

Sed

LIBER TERTIVS. 199

Sed ne hoc veluti commento opportuno ad nuptias deludendas post iam præstitum cōsensum abutatur, debent partes Episcopi certum terminum cautione idonea recepta præfigere illi, qui à matrimonio ad monasterium transire se velle dixerit, intra quem vel religionem ingrediatur, vel in coniugio constans sit. ^d

*d c. ex pua
blico.*

Poterunt etiam post conformatum, & consummatū iam matrimoniū coniuges pariter concordēs monasterio se dicare, vel alter eorū altero cōtinentiā vouente, cum suspitio nulla subesset, ne integrè eam esset seruaturus. ^e Vnus est casus quo vel renitente vxore maritus se religioni addicere potest: cum videlicet vxor adulterij rea est etiam sub matrimonij specie contracti. ^f

e c. cū sis.

*f c. consti-
tutus.*

De gradibus cognationum.

Tit. XIII.

Nunc videamus quemadmodum gradus cognationis naturalis numeratur. Et primū admonēdi sumus, cognationem aliam suprà numerari, aliam infrà, aliā ex trāsuerfo. Superior cognatio est parentū. hoc enim vocabulo generaliter omnes appellare licet,

I 4 qui